

Beiband 2

H.1 S. 41

1331.

[106]

Der Notar Henricus Buddenbergh becheinigt, daß er aus einem alten auf Pergament geschriebenen Missale der Crypta im Paderborner Dome entnommen habe:

Notandum, quod in die Petri ad vincula erit memoria domini Bernhardi presbyteri, vicarii quandam ecclesiae Paderbornensis et in hunc modum peragetur, videlicet, quod vigiliae longiores dicuntur in choro cum dominis nostris et dabuntur quatuor vicariis et duobus hebdomadariis in vigiliis personaliter existentibus VI den., duabus lectoribus, vicario domini praespositi et altaris in frascriptis personaliter in vigilia existentibus duo denarii, scilicet beati Liborii super chorum, Corporis Christi, beatorum Regum, beatae Mariae, Margaretae, inferioris chori parocho,

beati Ypoliti, beati Liborii sub turri, beatae Catharinae, Bartholomaei, beati Matthei, Laurentii, IX Milium Virginum, sanctae Trinitatis Mauricii, Mariae Magdalena, criptae, Brigidae, antiqui Capitulii, Joannis sub urbe, beati Nicolai, hospitalis sancti Spiritus extra valvam occidentalem, duobus capellaniis Rurensis ecclesiae. Quicumque vero duo beneficia ad tenendum vel ad officiandum habuerit, unam tantum habebit portionem. Hanc distributionem rector cryptae et rector capellae b. Mariae, qui pro tempore fuerit, singulis annis ministrabunt, et ipsi portiones absentium obtinebunt. Item dabunt Fratribus minoribus VI den., conventui in Gokirchen tres solidos, infirmis in hospitali ante valvam Vulturis sex denarios et leprosis extra civitatem sex denarios. Hanc oblationem distributores praedicti singulis annis tollent, videlicet unam marcam de curia quandam domini Bernhardi praedicti apud Paderam, qua(!!) a baginis suis propriis denariis comparavit et sua . . . post obitum suum legavit, prout in litera super hoc edita plenius continetur. Obiit anno M.CCC^o. tricesimo primo Cuius anima requiescat in pace. Amen.

Abschrift 17. Jahrh.